575. 1

Viro Doctissimo Nicolao Fuss

Academiae Scient. Imperiali Petropolitanae

perpetuo a Secretis

Augustissimo a consilio Status actual. Ordinum

Sti Vlad. et Sctae Annae Equ.

Sebastianus Ciampi

Philologiae Professor

S. P. D.

Accepi literam tuam, Vir doctissime, die XXV Augusti Petropoli datam qua humaniter monuisti tibi fuisse tradita opuscula mea, quae Academiae Vestrae in argumentum existimationis donum dare ausus sum. Eadem comitate, precor, offerre velis meo nomine eidem Academiae recens hoc opusculum meum junctum cum aliis, quae nuper ab amicis mihi donata ex Italia advenerunt. Interim mihi, Vir doctissime, fave et vale.

Dabam Varsaviae

die XII Octobris MDCCCXIX